



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Assertiones Philosophicæ Fusius Deductæ Philosophiæ  
Peripateticæ communioris Epitomen exhibentes**

**Leuren, Peter**

**Coloniae Agrippinae, 1681**

xli [i.e. iv]. In composito est unica unio totalis substantialis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71607](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71607)

uniones distinctionem non inferunt specificam.

IV. Unica in composito est unio totalis & essentialis (esse tamen plures uniones partium integralium, certum est, & probabilius, tot dari uniones partiales, quot dantur formæ partiales) & non duplex, una se tenens ex parte materiæ, altera ex parte formæ; unica enim unio, siue ea subiectetur in materia, & respiciat formam, ut purè terminum, siue subiectetur in forma, siue creetur, & in nullo extremorum subiectetur, sed respiciat utrumq; ut purè terminū, æquè propriè, strictè & perfectè unit materiam formæ, quàm formam materiæ, & utriq; extremo æqualiter communicat suum effectū formalem, qui est constituere illud, quod unit, componens compositū cum altera comparte; implicat siquidē, constituere materiam componentem unum cum forma, quin æquè constituat eo ipso formam componentem unum cum materia. Hic itaq; conceptus: *materia componens unum cum forma*: non dicit unionem subiectatam in materia, sicut nec hic: *forma componens unum cum materia*: unionem subiectatam in forma, cum maneant iidē conceptus, et h

etsi unio crearetur, adeoque neque in forma, neque in materia subiectaretur, unioni enim, quatenus unio est, per accidens est, subiectari in hoc, vel illo, vel nullo subiecto; & perficere adhuc potest extremum, cui tantum adhæret. Ex eo autem, quòd eadem unio, in quantum unit materiam formæ, sive in quantum præstat, ut materia actu exerceat munus partis materialis, dicatur materializatio, & in quantum formam unit materiae, dicatur informatio, non sequitur: ergo materia informat, forma materializat; sicut ex eo, quòd eadem entitas sit actio & passio, & denominet principium, à quo procedit, agens, subiectum, in quo recipitur, passum, non sequitur: ergo patiens agit, agens patitur. Neque ex eo, quòd alia sit relatio, quâ paries A respicit parietem B, & alia, quâ paries B respicit parietem A. sequitur, fore aliam unionem, quâ materia unitur formæ, & aliam, quâ forma unitur materiae; disparitas enim in hoc est, quòd eadem physicè & logicè relatio eo ipso, quo constituit parietem A in ratione fundamenti, non constituit terminum similiter in ratione fundamenti, sicut unio eo ipso, quò constituit ma-  
teriam

teriam in ratione uniti formæ, etiam constituit formam unitam materiæ; cum enim relatio identificetur fundamento & termino, ita tamen, ut fundamentum veniat in recto, quoties hic rectus mutatur, alia efficitur, saltem logicè, relatio.

V. Subjectatur de facto unio in sola materia, & formam respicit tanquam purum terminum: imprimis enim unio subjectata in uno extremorum sufficienter unit ambo, sic Verbum sufficienter unitur humanitati per unionem receptam tantum in humanitate; quod Verbum ideo non dicitur, non perfici ab hac unione, quia hæc in eo non recipitur, sed quia est completissimum; neque requiritur, ut hoc, à quo res perficitur, mutatur intrinsecè, & accipit denominationem, inhæreat rei ut subjecto sustentationis aut inhæSIONIS, sed sufficit, illud esse in re mutata adhæsivè tantum, sicut creatio intrinsecè tantum adhæret Angelo, qui tamen per illam mutatur; imò Verbum intrinsecè denominatur ab unione juxta de Lugo adhærente illi tantum; etsi extremorum illud, in quo subjectatur unio, præterquam, quòd perficiatur in ratione uniti, perficiatur insu-  
per